UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto timotheo presbytero [et] martyre. Cap[itulu]m. xci.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

artis ſue: qui chriſti nomine inuocato: erant eni fideliſſimi chriſtiani. Audiēs autem lyſias preſes famam illorum cum eſſent ei ab eius officialibus accuſati: ꝛ ꝙ cultum deorum ſuorum deſtruerent: eos ad ſe accerſiri fecit: ꝛ que eſſent eorum nomina: que patria: que cōditio: que fortuna queſiuit. Illi ꝟo ad ſingula reſponderūt: quia ſcilicet nomina eorū erant Leōtius ꝛ carpophorus: patria ꝟo eorum erat arabia: conditio chriſtiana: fortunam autem chriſtianos neſcire dixerunt. Tunc preſes cepit eis perſuadere: vt dĳs ſacrificarent: promittens illos exinde honoribus ſublimandos: aut ſi renuerent diuerſis puniendos ſupplicĳs. Cunqꝫ illi ſacrificia demonibus exhibere nullatenus velle reſponderent: ꝛ chriſtum ſibi adiutorem in omnibus dicerent: atqꝫ illius comminata tormenta contemnerent: precepit eos preſes in manibus et pedibus grauiter torqueri. Et dum illi conſtantes hoc ſuppliciū deriderent: iuſſit eos preſes cathenis vinctos in mare precipitari. Statimqꝫ angelus dñi affuit: et diruptis vinculis illos e pelago ad litt⁹ incolumes eduxit. Et cum hoc miraculum preſes artibus magicis aſcriberet: et econtra illi ei chriſti virtutem predicarent. Illeqꝫ eos in nomine dei ſui adriani ſequi velle diceret: continuo duos demones affuerunt: et preſidem in faciem alapis cederunt grauibus per horam vnam. Sed orantib⁹ pro eo ſanctis ſtatim demones abierunt. Tunc preſes dicere cepit: ꝙ dĳ contra ſe indignati: quia illos velle relinquere dixerat: talem in eū vindictam exercuerant. Iuſſitqꝫ ſanctos in carcerem trudi: donec qualiter ipſos perderet cogitaret. ¶ Altera die illos eductos et dĳs immolare cōſtantius recuſantes: in ignem copioſum accenſum iactari mandauit. Sed tamen ignis illos in nullo leſit: ſed facto terremotu nimio: erumpens flamma plurimos paganorum circunſtantes excuſſit. Illi ꝟo ſancti de ignis educti medio: nedum in corporibus: ſed etiam in capillis ꝛ veſtibus penitus apparuerunt intacti. Iubentur ergo in equuleo ſpendi ꝛ vngulis radi: ſed angelo illos cuſtodiente: fatigatis admodum carnificibus ante preſidem deponūtur. Et cum iterum ac iterum a preſide perſuaſi cultum dĳs ſuis exhibere renuerent: fecit illos lyſias preſes in crucibus leuari: ꝛ a circunſtante populo lapidari: verum lapides in faciētes redibāt ꝛ plurimos vulnerabant. Tunc mādauit illos a quattuor ex militibus ſagittis cōfigi. Sagitte ꝟo martyres non ledebant: ſꝫ retrouerſe ſagittarios configebant. Et non ſolū illos: ſed alios plures aſtātes occiderūt. ¶ Lyſias autem ſe confuſum in omnibus cernens ſanctos dei gladio cedi iuſſit. Et ſic accedētes ſpiculatores eorum capita gladĳs abſciderūt. Quorum corpora chriſtiani rapiētes iuxta muros ciuitatis aquileie ſepelierūt. Paſſi ſunt autem ſancti martyres leonti⁹ ꝛ carpophorus decimotertio kalen. ſeptembris.

¶ De ſancto Anaſtaſio martyre. Cap. lxxxviij.

Anaſtaſius ſiue attal⁹ marty: paſſus eſt ſub Aureliano auguſto ꝛ preſide ātiocho rome. Qui cum eſſet cornicularius: Agapitum martyrem in cuſtodia habuit mandato preſidis. Et audiens ab eo verba vite fere conuerſus eſt. Cum autem Agapitus verſis pedibus ſuperius eſſet ſuſpenſus: et fumo de ſubter facto ſic quattuor dieb⁹ eſſet dimiſſus: vt ſupra dictum eſt in paſſione ei⁹ decimoquinto kalen. ſeptembris: et poſt dies quattuor anaſtaſius illuc vadens inueniſſet eum ſolutum ambulantem ꝛ pſallentem: fidem chriſti omnino ſuſcepit et baptizatus eſt. Et dum hec omnia que viderat preſidi nunciaſſet: et chriſtum conſtanter cōfeſſus eſſet. Iuſſu aureliani decollatus eſt. xij. kal. ſeptembris.

¶ De ſancto Priuato epo ꝛ mar. Cap. lxxxix.

Priuatus epiſcop⁹ ꝛ martyr paſſus eſt in territorio gaualitane ciuitatis. Qui ſub perſecutione imperatorum Valeriani et Galieni cum chriſtum dominum predicaret: et deos paganorū adorare recuſaret: iudicis ſentētia decollatus: ꝛ palma martyrĳ coronatus eſt: duodecimo kalen. ſeptembris: vt dicit ado.

¶ De ſancto Quadrto epo. Cap. xc.

Quadratus epiſcop⁹ tēpore adriani imperatoris claruit: q̇ multa vtilia opera eccleſie digeſſit. Nam eidem principi apologeticum ſcripſit et obtulit. Librum rationis ꝛ fidei plenum: apoſtolicaqꝫ doctrina dignū: ꝛ religioni xp̄iane perutilem. Scripſit ꝛ parthicum bellum ſub ſeuero principe geſtum. Auidĳ caſſĳ vitā ꝛ geſta ſcriptioni tradidit. Et in partib⁹ macedonie in pace quieuit duodecimo kalen. ſeptembris. Hec hieronymus de viris illuſtribus.

¶ De ſancto timotheo presbytero ꝛ martyre. Cap. xci.

TImothe⁹ preſbyter et martyꝛ rome paſſus ē ſub valeriano īpatore: ⁊ tarquinio vrbis ꝑfecto. Qui ab antiochia veniēs tpe melchiadis pape a ſcō ſilueſtro tūc pbꝛo: poſtea romano pontifice futuro: hoſpitio de nocte ſuſceptus eſt. Qui timotheus: cū ꝑ vnū annū: ⁊ .iij. mēſes: docēs xp̄i veritatē multos populoꝝ gentiliū cōuertiſſet: tētus a tarquinio vrbis ꝑfecto: ⁊ plagarū tormētis afflictus: longaqꝫ carceris cuſtodia maceratus cū ſacrificare idolis noluiſſet: ter ceſus terqꝫ grauiſſimis ſupplicijs attrectatus. Nouiſſime ſniam accipiēs capitalē: īter homicidas decollatus eſt. Cui⁹ corpus ſilueſter p̄ſbyter clā rapiēs in domo ſua occultauit: ⁊ melchiadi pape nūciauit. Qui veniens nocte cū preſbyteris ⁊ diaconibus corpus tulerunt: ⁊ in orto cuiuſdam mulieris noīe theone iuxta ſepulturā beati pauli apoſtoli ſepelierunt. Paſſus eſt autem xi. kalen. ſeptembꝛis.

¶ De ſanctis Timotheo ⁊ Proterio martyribus. Cap. xcij.

TImotheus alexādrin⁹ ep̄s ⁊ ꝓteri⁹ ei⁹ p̄ſbyter fidei catholice pugiles extiterūt tpe leonis īpatoris cōtra dioſcoꝛ ep̄z alexādrinū ꝑ timotianos hereticos intruſuꝫ viriliter reſiſtētes. Propt̄ qḋ heretici cū diſcoro armata manu in cena dn̄i alexādriā inuadētes ꝓteriū capiūt: ⁊ in eccl'ia occidūt: corpuſqꝫ illi⁹ crudel'r laniatū igne ꝯſumūt: puluereqꝫ in vētū diſpergunt. Dioſcorū ꝟo violenter in exiliū mittunt. Timotheus ꝟo ep̄s catholicus vix aufugiens liberatus eſt. Qui poſt dies modicos: multum oppꝛeſſus anguſtia quieuit in xp̄o.

¶ De ſancto ſymphoꝛiano martyꝛe. Cap. xciij.

SYmphoꝛianus martyꝛ tpe aureliani imperatoꝛis paſſus eſt ī ciuitate eduneñ. ſub cōſulari heraclio. Qui ex auguſtuduneñ. vrbe: pꝛe fauſto nobile chꝛiſtiano ꝓgenit⁹ cum adhuc eſſet adoleſcens tanta moꝛum grauitate pollebat: vt ſenioꝝ vitam anticipare videret. Cū ergo pagani in ciuitate edua feſtū veneris celebꝛarent: ⁊ ſtatuā eius ante heracliū pꝛefectū deferrēt. Symphoꝛianus affuit: ⁊ nolens eā adoꝛare diu cedit: ⁊ ceſus carceri mancipat. Et cū eductus de carcere ad ſacrificium cogeretur: ⁊ multa ei donaria ꝓmitterentur: ipeqꝫ oīa tanq̄ lutū abominaret. Irat⁹ iudex data ſnia ꝑcepit vt decollaret. Qui cū ad locum duceret: mater eius de muro aſpiciebat: ⁊ ip̄m ad paſſionē viriliter confoꝛtabat: dicēs qꝫ ei vita nō tolleret: ſed in melius cōmutaretur. Mox igit decollatus eſt: et coꝛpus ei⁹ a xp̄ianis ſepultū ad fontē: qui eſt extra publicū campū foꝛis muros edue ciuitatis. Paſſus eſt aūt xi. kalē. ſeptembꝛis circa annū dn̄i. cclxx.

¶ De ſancto Antonio martyꝛe. Cap. xciiij.

ANtonius martyꝛ paſſus eſt rome tpe ꝯmodi imperatoꝛis ſub vitellio ꝑfecto. Qui cū eſſet carnifex: ⁊ ſctōs martyꝛes euſebiū: pontianuꝫ: peregrinū: ⁊ vincētiū in equuleo leuatos mandato pꝛeſidis laniaret: vidit iuuenē ſtantē ⁊ cum ſpongia ſanctoꝝ vulnera tergentē: de quib⁹ infra dicet. viij. kal'. ſeptēbꝛis: qui mox cōuerſus: ⁊ a rufino pꝛeſbytero baptizatus: dum xp̄m confiteret: iuſſu pꝛefecti capitali ſententia damnatus eſt: ⁊ via aurelia iuxta foꝛum traiani ſepultus. xi. kal'. ſeptembꝛis.

¶ De ſanctis Timotheo ⁊ Apollinare martyꝛib⁹. Cap. xcv.

TImotheus ⁊ apollinaris martyꝛes paſſi ſunt apud remenſiū vrbem ſub nerone imperatoꝛe: pꝛeſide aūt lāpio: cui pꝛimum timotheus pꝛeſentatus cum ſacrificare nollet: ⁊ grauiter toꝛtus fuiſſet: ac laniatus ⁊ aceto ⁊ calce viua eius vulnera conſpergerentur. Apollinaris ꝟo gentilis aſſiſtēs: vidit duos angelos timotheo aſtātes: ⁊ ip̄m hoꝛtantes: ac vt in celum aſpiceret admonētes: qui aſpiciens vidit celum apertū: ⁊ ieſum coronā gemmatā tenentē eamqꝫ ei dare ꝓmittentē: poſt que angeli ad celos euolarunt. Que oīa cum apollinaris vidiſſet cōuerſus eſt. Et dū pꝛeſide iubente fuiſſet: ⁊ in os eis plumbum liquefactū faceret infundi tanq̄ glacies repēte refriguit. Quo viſo miraculo multi paganoꝛū in dn̄o crediderūt: et ⁊ nocte a ſctō Mauro p̄ſbytero baptizati ſunt. Sctī ꝟo timotheus ⁊ apollinaris in carcerem miſſi ſunt: vbi ⁊ apollinaris tāq̄ nouus xp̄i tyro ab angelo cōfoꝛtat. ¶ Die ꝟo ſequēti oēs q̄ cōuerſi fuerāt iubēte ꝑſide decollant. Timotheus ꝟo ⁊ apollinaris tertio ceſi: ⁊ diuerſis attrectati ſupplicijs in confeſſione dn̄i perſeuerantes: tādē capitali ſentētia puniti ſunt. Statimqꝫ iaculū ignitum de celo cadens humeruꝫ dextrum ꝑſidis ꝑcuſſit: ⁊ ꝓtinus a demonio arreptus infeliciter expirauit. Sctōꝝ ꝟo martyꝛū coꝛpoꝛa xp̄ianis in eadem vrbe honoꝛifice cōdita ſunt. x. kal'. ſeptembꝛis circa annū dn̄i. lvij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN